BONA VERBA.

PAGANINI GAVDENTIS

CARMEN.

Ad Illustriss. & Reuerendiss. Virum
SFORTIAM PALLAVICINVM
S.D.N. Vtriusq; Signaturæ Referendarium,
& Vibuenæ Præsidem.

Pisis, Ex Officina Francisci Tanagli. MDCXXXIII.
Superiorum Permissu.

Vàm cuperem Patri URBANO, *dum*
ingressus ad aras
Festa sui repetit regni, bona dicere verba,
Totaq; ab Aonio deducere Numina
colle,
Quæ Clarium intentant æstrum, doctoq; furore
Correptum extollunt animum, vt deaſcat habenas,
Quæis agitur ſtupor, & vulgus lentatur inane.
Sed celſo in ſolio, & fulgenti ſede repoſitus,
Vnde mare, & terras, atq; aurea proſpicit aſtra,
Imperij cuſtos magni, cur lumina noſtras
Flecteres ad nugas, teu buſq; impenderet horis
Tempus ab occiduo nunquam reparabile lapſu?
Ille regit populos, & Palladis arbore miti
Auſonas exhilarat; ſiue angustare recuſet
Adria fluctiſonos fines, ſiue atra fauilla
Allobroge irato, in ligures non euomat ignem,
Nec ſe plus nimio Ferrati Montis in arce
Francigenæ exarmat miles, dum Martia preſſam
Agmina in Alſatiam Ferius colluſtrat itura.
Conſilia hæc decorent ſceptrum, quod Romula rupes,
Rupes præcipitem nunquam ſenſura ruinam,
Vrbana alterium dextra geſtamen adorat.

Nec Regnatoris glomerata negotia, curas
Non interstrepimus versu, lusuq canore.
Si tamen in carmen sit sollicitanda Camoena,
(Nanq. operi dignam sperat Thymbraeus Apollo
Materiem) quis ego, ut tantum concredere pondus
Ausim debilibus scapulis? non viribus isdem
Si me finxisset Titan, queis tempore Vatis
Capti oculis homines proceros terra gerebat,
Ingentem flexa molem cervice suborem.
Nam moto haud aliter se splene cachinno cieret
Spectator, quàm si sponderet Pumilo saxum
Tollere, quod Telamone satus vibrauit in hostem.
Est opus, ut trivium ignoret, sanctoq profanam
Limine submoueat plebem, si puris aureo
Pontificis mulcere velit dulcedine cantus.
Ipse opifex resono si quando pectine chordas
Impellit, Dircenq Heliconis temperat undis:
AEgeria nemus ad veteres consurgit honores,
Et gressum accelerant Albano è vertice Diuæ,
Quæ cupidos quondam conclamauere Quirites,
Cum Latia Græcos æquauit Horatius arte.
Non me vana fides, ceu falsa insomnia, ludit,
Si tunc magnam animam Deus alteri dimisisset,
Cum Dux AEmonius, Minyæq, Argiua iuuentus,

Sunt

Sunt anſæ AEgeona leui percurrere quercu,
Hunc pra Biſtonio Heroes cantore vocaſſent,
Incolumi vt puppi ſcopulos euadere præſent,
Exitio dulci quos fecerat oſſibus albos
Tergeminam fraudem connectens virgo Steana.
Ergone qua charta dictata paluſtris arundo
Illinit, habebunt lances, examenq; laceſſent
Illius, æquo animo, quem ferret Delia lima
Cenſorē, aut Sulmo, & Manto, Colophonq; Rhoduſq;
Quod ſi me gratum non ignoraret alumnum
Cyrrha triumphali caput implicitura corolla,
Fruſtra Dardania Phœbeos, SFORTIA, Roma
Offerrem numeros. Tot non alit vnda Cayſtri
Herboſo cygnos fluuio, quot Tybride lympha
Nutrit fundunt Vates durabile carmen.
Aſpice, vt agglomerata cohors, denſusq. virorum
Cœtus anhelanti greſſu concurrat ad ædes
Marmoreas Mancini, alacerq; ſedilibus inſtet;
Sublimi quoties lecturus ſede poeta
Spectantum in ſeſe flagrantia lumina vertit.
Non aliter quando atheria è regione comata
Stella micat, lucemq; nouam dimittit olympo;
Certatim è ſtratis pueriq; nurusq; patreſq;
Somniferam obſtit requiem procurrere certant,

Vi-

Vsuri igniuomas radias mirabile aſtri,
Vera ſuſpiciunt, & ſe cernice ſupinant
Immota, multumq ſtupent, hæretq ſilentes.
Lectoris dicta auditor ſic ora tuetur.
Atq ſquam è cathedra ſurrexerit, atq peracto
Attigerit metam ſpatio, qua ſque ordine longo
Aut elegos recitat, vel Tuſcis legibus, apium
Ponit opus, multos Muſea frequentia vero
Euehit ad Diuos plauſu, quem non leuis Eurus
Vi nubem, aut agit vt fluctum Nereia Thetis.
Si tanta Romulei ſaxi tot dotat colorum
Copia, qua penna ſolui metuente profundi
Per tua tant cæli latè loca, & omnia complent
Mellifluo cantu, non me prudentia rerum
Impulerit voces cumulare audacibus orſis.
Quis non iuraret mentem periſſe ferenti
Nereidum adhquidas Acheloia pocula ſedes?
Munera ſaxoſa quis det Bacchea Cianto?
Stultitiæ eſt paſſus famam, qui floribus illis,
Quos Veneris peperit ſanguis, cum fleret Adonin,
Luxur antis opes Paſti exaugere putauit.
Dixerit inſanum nautam furioſus Oreſtes,
Si videat pinum trahere, & dare carbaſa fluuiis,
Vt gemmas ſinus importet, quem clarat Erythra

No-

Nomine Regali. Quis Ecæ cynnama genti,
Et thura exhibeat Nabathæ, ut odore vaporis
Cœlicolarum aras, queis se Panchaia iactat?
Virginis Ægisonæ volucrem gens Cecropis olim
Nutrihat stuuo ingenti; præsaga volando
Nam lætum dedit auspicium, cum Persica victa est
Classis, quæ Nereus Salaminis littora pulsat.
In facies concisum aurum massasq minutas
Hinc signabat auis, cum pars obuersa Mineruam
Præferret quis tunc Græca nouisset in vrbe
Noctiuagarum auium numerum? rem turba notauit.
Nam quoties hominis maleoctus sibilat aries,
Ad loca cui libeat venales mittere merces
Magnus vbi illarum prouentus commoda damnis
Mittat: noctis, ait, traducitur ales Athenas.
Hybla peregrinum mel dedignatur: Hymettus
Flauentem è sicula ceram non accipit hybla.
Molli myrrham Arabi ex Europa nemo reponat,
Illi ni myrrhata exhauisuere cerebrum,
Induderuntq stuporem animo; ceu secla vetusta
Consueuere reos, quibus impendebat acerbe
Supplicium lethi, medicato fallere potu.
Dixeris id, palmas si quis coquirat, Iduma
Quas referat, si quis Iudæa balsama donet,

Balsama queis cunctos fas est decedere odores.
Rugosum piper Indus habet, cui mistat ingens
Amsteles, vt terras praduste sole calentes
Eripiat Bætis potoribus, ipsaq tantas
Rhenicolis ostentet opes. Labeonis abibis
In mores qui quam celeres legere carina,
Cinnameam Casiam Goa ingerit, atq; Malacha:
Atq hæc ludebam, tua cùm me implesset asylo
Litteramentē hilarans. nam quid mage, SFORTIA
hebentes
Excitet ingenij vires quam agnoscere dicta,
Dicta perennanti semper dignissima vita,
Quæ bi sacrata reserat penetrale Minerua,
Et Lucet cortina dei, Nasamonq Tonantis,
Aut Cibororum seruans secreta Thyotes,
Et Diuidum antistans Sophiæ, Pharusq. recessus?

FINIS.

99 953958